Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26048
Copyright: Admont, Benediktinerstift



precepit. Heliu uero sub u
nius tantummodo sentencie in
crepacione dereliquit. nisi
quod non numquam hereti
ci diuine gracie largitate per
fusi ad unitatem sancte ec
clesie redeunt. Quod bene
ipsa amicorum reconciliacio
ne signatur. pro quibus tamen
beatus iob exorare precipitur.
quia nimirum hereticorum
sacrificia accepta deo esse non
possunt. nisi pro eis uniuer
salis ecclesie manibus offeran
tur. ut eius meritis remedi
um salutis inueniant. quam
uerborum suorum iaculis inpug
nando feriebant. Unde et
septem pro eis sacrificia me
morantur oblata. quia dum
septiformis gracie spiritum
confitentes accipiunt. quid
aliud quam septem oblacio
nibus expiantur. Hinc in
iohannis apokalypsi. per sep
tenarium ecclesiarum nu
merum. uniuersalis ecclesia
designatur. Hinc per salo
monem de sapiencia dicitur.
Sapiencia edificauit sibi do
mum. excidit columpnas sep
tem. Ipso igitur sacrificio nu
mero. reconciliati heretici. quid
prius fuerint exprimuntur.
qui perfeccioni septiformis
gracie. non nisi redeundo.
iunguntur. Bene autem th
auros pro se et arietes obtu
lisse describuntur. In thau
ro quippe ceruix superbie.
In ariete autem ducatus gre
gum sequencium designatur.

Quid itaque est. pro eis thau
ros. arietesque mactare. Ni
si eorum superbum ducatum in
terficere. ut de se humilia
senciant. et post se iam cor
da innocencium non seducant.
Ceruice enim tumen
ti ab ecclesie uniuersitate
resilierant. et infirmos pro
se populos. quasi sequentes
greges trahebant. Veniant
igitur ad beatum iob. idest
ad ecclesiam reuertantur. et
septenario sacrificio. thau
ros et arietes mactandos of
ferant. qui ut uniuersali ec
clesie coniungantur. humili
tate interueniente interfici
ant. quicquid prius tumidum
de superbo ducatu sapiebant.
Heliu uero per quem uane
glorie amatores signati sunt.
etiam intra sanctam ecclesi
am constituti. quia ea que
recta senciunt. humiliter pro
ferre contempnunt. nequa
quam per sacrificia reconcili
ari precipitur. quia arrogan
tes quidem. sed tamen fideles
pro eo quod iam intus sunt.
per septem sacrificia reuocari
non possunt. Quos tamen
sub heliu specie sentencia di
uina redarguit. atque in eis non
ueritatis sentencias. sed ela
cionis mentem ac uerba re
prehendit. Que nimirum
reprehensio. quid aliud sig
nat. nisi quod eos intra posi
tos. superne districcionis in
crepacio. uel per flagellum
corripit. uel per iustum ex